



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXXI. Das Kloster Diesdorf verschreibt das Schulzenamt in Danxsen einer Wittwe und ihren Söhnen, am 5. Juni 1314.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XXXI. Das Kloster Diesdorf verschreibt das Schulzenamt in Daurßen einer Wittve und ihren Söhnen, am 5. Juni 1314.

Nos Thidericus, dei gratia prepositus, Conegundis priorissa et Conuentus in Distorp notum esse volumus vniuersis tenore presentium protestantes, quod Thidericus et Gertrudis, vxor eius, emerunt in villa Danketyffe officium, quod vulgariter dicitur Burammeth, cum curia ad hoc officium pertinente sibi et suis veris heredibus pro triginta tribus marcis denariorum iure hereditario perpetuo possidendum. Quam curiam cum officio supradieto concessimus Gertrudi, relicte eiusdem Thiderici, et duobus filiis eius videlicet Hinrico et Johanni, vt ea quiete vtantur, qua actenus pacifice possederunt. Datum Dyftorp, anno domini M°. CCC°. XIII°. in die Bonifacii episcopi et martyris.

Gercken's Dipl. II, 178. 179.

XXXII. Nicolaus, Bischof von Verden, bestätigt dem Kloster Diesdorf die Aussetzung einer Getreidehebung zum Besten der Kranken, am 19. September 1314.

In Nomine Domini Amen. Nicolaus, Dei gracia Verdenfis Ecclesie Episcopus, Vniuersis Christi fidelibus presentem literam visuris siue auditoris salutem in Domino sempiternam. Irrefragabilis munimento firmitatis stabili rationis persuadere subtilitas dinoscitur quecunque ad egrotantium Confolationes et animarum refrigeria per attentiori Christo famulantes deuotione salubriter fuerint instaurata. Capita singula et vniuersa per deuotos in Christo Prepositum, Priorissam et Conuentum Monasterii Distorpe in emptione Chori siliginis ad Refectiones infirmorum et memorias animarum expendendi ordinata et singulos et vniuersos Proventus adhuc per ipsas Moniales et elemofinis suorum Propinquorum uel aliorum ad memoratos vsus comparandos ad honorem Dei et animarum salutem et infirmantium fomenta ratificamus, approbamus et in nomine Domini tenore presentium confirmamus, decernentes singulos et vniuersos tam felicium Ordinationum pietates manifeste uel occulte absque rationabili causa quomodolibet impediendes per Censuram Ecclesiasticam districtissime puniendos, in quorum omnium testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Luneborg, Anno Domini MCCCXIII. XIII. Kl. Octobr.

Nach Westmann's Beschreibung V, I, X, Sp. 148. 149.